



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 18. Locus Platonis è Phædro, allata vetere quadam Atheniensium  
consuetudine illustratus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

nianus poeta σμικρὸς accipit eos qui rem suam & publicam bene gesserunt: ego do nomine superbos & arrogantia accipio, & ita accipit Euripides in illo versu ex Hippolyto: Μισεῖν τὸ σμικρὸν, καὶ τὸ μὴ πᾶσιν φίλον. & in illo eadem fabula: Οἱ μοι, τὸ σμικρὸν ὡς μὲ δυνάμει τὸ εὐδαιμονίᾳ in illis pulcherrimis versibus ex Alceste:

ὄντας δ' ἄντιος, δυνάτῃ καὶ φρονεῖν χρεῶν,  
ὡς τοῖς γε σμικροῖς, καὶ σωφρονομένοις  
ἅπασιν ἔστιν, ὅσῳ ἔμοι χρεῖται κειτῆ,  
ὁ βίος ἀλλήτως ἔστι, ἀλλὰ σμικροῦ.

Sequitur: οἱ δ' ἄφ' ἡσύχου ποδὸς δύσκλητον ἐκτίσασθαι ῥαθυμίας. id est, alij contra, quod se quieti tradidissent, in gloriam habitum sum, & ignavi. Hoc enim significare vult, tolerare homines omnia quae ab aliis fiunt, ad detractionem partem accipere, & undique captare maledicendi occasionem. Illa autem quomodo interpretari sit Latinus ille, si modò interpretari voluit, nihil amenter dicere. res ipsa loquitur. ex his, caecitiam ipse, ac merito alios παρεωργεῖναι arbitrer, existimari potest.

Locus Platonis è Phædro, allata vetere quadam Atheniensium consuetudine illustratus.

## CAPVT XVIII.

SOCRATEM Phædrus cùm adducere vellet ad idem argumentum tractandum, quo ipse scriptam Lysiae orationem paulo antè recitavit, ita blandiens apud Platonem inducitur: Καὶ σοὶ ἔγωγε, ὦ σοφώτατε, οἱ ἐνθάδε ἄρχοντες, ἄπορροῦμαι χρεῖται τὴν εἰκόνα ἱσομέγεθρον τῆς Δελφικῆς ἀναθήσειν, ἢ μόνον ἑμαυτῷ, ἀλλὰ καὶ τῷ ἑνὶ. quæ sit enim est autem ex me, quamnam esset aurea illa statua, quam Delphis ponere solitos archontas ex eo intelligerent, & qua de causa id fieret. Respondi, novem Atheniensium archontas, id est, eponymum, regem, polemarchum,

Marchum, & sex thesmothesas, cum magistratum in-  
 irent, publice iurare solitos, & obseruatu-  
 ros esse leges, neque passuros fidem suam donis muneribusve cor-  
 rumpi: si quis ipsorum secus fecisset, eum multa nomine auream statuam suam pensurum esse. Eius rei  
 auctor est Iulius Pollux libro Onomastici ad Com-  
 modum Caesarem octauo. Cypselidarum autem ana-  
 thema, de quo non ita multo post ea, quae posui, verba  
 apud Platonem mentio est, quodnam fuerit, copiose  
 Pausanias in Eliacis docet.

*Quod discrimen sit accusationis & maledictio-  
 nis, e Demosthene & Cicero.*

CAPVT XIX.

TRADITVM est accuratè & diligenter à M.  
 Tullio in Cœliana defensione, quid inter accu-  
 sationem ac maledictionem interesset. olim autem  
 Demosthenes etiam ista distinxerat: vt quamuis non  
 planè idem ab vtroque dicitur; dubium tamen non  
 habeam, quin Cicero in ea re tractanda summi Græci  
 oratoris vestigia sit persecutus. Vtrumque igitur lo-  
 cum meo more describam, vt comparentur. Demo-  
 sthenes *ὅτι τερὰν. Καί τινι καὶ τὸτο ὁ ἄνδρες ἀδελφαί, ἐγὼ  
 λαοβόλων κατηρέας τὰτα διαφέρειν ἠγάμαι, τὸ δὲ μὲν κατη-  
 ρέας ἀδικημάτων ἔχειν, ὃν ἐν τοῖς νόμοις εἰσὶν αἱ πινυαίαι.  
 τὸ δὲ λαοβόλων εὐλαστομηίας, ὡς καὶ τὸ ἀπὸν οὖσον τοῖς ἐχθροῖς  
 ὅτι ἀλλήλων συμβάνοι λέγειν.* Cicero pro Cœlio: *Sed  
 aliud est maledicere, aliud accusare. Accusatio crimen  
 desiderat: rem vt desinat: nomine vt notet: argumento pro-  
 bet: teste confirmet. maledictio autem nihil habet propositi  
 præter contumeliam: quæ, si petulantius iaciatur, (ita enim  
 legendum est: non, vt vulgo, iactatur.) conuicium: si  
 factius, vrbantitas nominatur.*

De vi

at. Mureti  
 in Lectiones  
 LIB  
 25